



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 41. Ejusdem Oratoris epistola ad Lotharingium Cardinalem Romam transmissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XV.
A. C. 1563.

§. XLI.

Ejusdem Oratoris epistola ad Lotharingium Cardinalem Romam transmissa.

Mem. du
Conc. de
Trente
pag. 449.

Ferrerius nondum contentus acerbo hoc scripto, quod postea unacum sua oratione typis vulgare non erubuit, in-
super

unt hi sermones, Pallavicinus, & Raynalus ex testibus coevis referunt: *acerbissima, inquit hic, atque ingrata Patribus accidit hæc Ferrerii Oratio, eam enim habitam ut discordiam fereret, fœdusque omne cum Ecclesia abrumperet, Concilii Præsides significarunt Borromæo Cardinali vigesima tertia Septembris: cum vero communis omnium esset opinio, nulla illum Regia mandata ad hæc edicenda accepisse, sed præcipiti animi impetu ea effudisse, Ferrerius subjunxit, protestationem suam conditionatam esse, si quid contra libertatem Ecclesiæ Gallicanæ diceretur: verum ille Ecclesiam Gallicanam non liberam, sed servam instar Anglicanæ esse affectabat, quare monuit illum Legatus, quod abhorrentia a ratione, & æquitate lixisset, insuper simul flagitavit, ut postrema Regis mandata exhiberet, quæ Collegis, vel etiam Synodo ostenderentur: cumque de intermittendo sive suspendendo Concilio, vel ejus impediendo sine ageretur, censuere Legati, interruptionem Synodi extremum malorum, quod maxime de-*
fugien-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

super etiam ad Cardinalem Lotharin-
gium, qui Romam discesserat, epistolam
his verbis conceptam perscribit: „Plu-
res in sinistram partem acceperunt
meam oppositionem contra articulos
de Reformatione Principum, quinimo
audent dicere, quod ad hoc nullo Re-
gis mandato instructus fuerim: infu-
per nonnulli etiam Theologi orationem
meam tanquam hæreticam, aut sal-
tem de hæresi suspectam, scandalosam,
& piarum aurium offensivam tradu-
cunt, ac jactitant, quod tunc, cum il-
lam pronuntiarem, hi eandem scriptis
mandarint, quamvis illam postea in
L 1 2 „mul-

fugiendum erat, parituram, nec Præsidis Fer-
rerii consilium admittendum, a quo manifeste
Concilium Gallicanæ nationis expetebatur, ubi
Rex caput Ecclesiæ Gallicanæ instar Anglicanæ
pronuntietur, foedere inito cum Michaeli Ho-
spitalio Gallici Scrinii Præfatio, cum quo ab-
rumpendæ veteris cum Romana Ecclesia conjun-
tionis occasionem quærebat, ac simul Ecclesiasti-
cis ditari spoliis, Gallosque a Sedis Aposto-
licæ obsequio divellere: hinc occasionem ex capite
quinto Et trigesimo sexto nuncupandæ protesta-
tionis captatam, quæ quoniam ipsum etiam pu-
dicit auctorem, cum postea scripto exarratam
Legatis tradidisset, in multis immutatam pa-
lam omnes sunt opinati.

Sæcul. XVI. „multis variatam (*) typis edidissent,
A. C. 1563. „quapropter ipſus illam edere coactus
 „ſum, ut quivis exinde dignoſcere poſ-
 „ſit, quatenus Regem meum cum
 „Angliæ Rege contulerim, anve eun-
 „dem ab Eccleſiæ Romanæ obedientia
 „ſubtrahere voluerim, atque dixerim,
 „quod Reges pro ſuo arbitrio Eccleſiæ
 „bona rapere poſſint: cum igitur mini-
 „me dubius ſim, quod contra me ad E-
 „minentiam veſtram multa fuerint per-
 „ſcripta, hinc orationem meam fide-
 „calamo deſcriptam tranſmitto, ut ju-
 „dicia illorum, qui me calumniis ob-
 „ruere ſatagunt, de ignorantia, ac culpa
 „convincere valeam: rogo itaque Emi-
 „nentiam veſtram, ut hoc ſcriptum per-
 „legere velit: inſuper paratus etiam
 „ſum, imo firmo etiam animo confi-
 „tui, quod orationem meam omnibus
 „illam perlegere cupientibus commu-
 „nicare velim, eam vero ſpeciati-
 „veſtræ

(*) Siquid variatum, ſane variationes riſa dignæ ſunt illæ, quas Sarpius his verbis enarrat: *queritur Ferrerius, multa contra ſuam mentem expreſſa, nominatim, quod cum ipſe leges Eccleſiaſticas nominaret, ejus loco poſitum erat, leges ſpirituales, quodque aſſeruiſſet, Reges ad beneplacitum bona Eccleſiæ ſumere poſſe, cum dixerit tantummodo, pro cauſſa neceſſaria.*

„vestræ censuræ committo, supplex, ut
 „credere dignetur, quod non ex per-
 „verso animo illam composuerim, sed
 „unice id a me factum, ut calumniam
 „præverterem eorum, qui mihi crimini
 „dare possent, quod me præsentem per-
 „miserim, ut deliberaretur in generali
 „Concilio de tanti momenti negotio,
 „pro quo Prædecessores mei tam sa-
 „lubria decreta in Senatu promulga-
 „runt.„ Hæc Ferrerii epistola data est
 die vigesima secunda Septembris.

Sæc. XVI.
 A.C. 1563.

§. XLII.

*Alia ejusdem Ferrerii epistola ad eun-
 dem Cardinalem.*

Cum Ferrerii oratio gravem pene om- *Mem. l. c.*
 nium indignationem excitasset, ac *p. 503.*
 ipsemet edoctus fuisset, quod ad Car-
 dinalem Lotharingium, ut hac de re
 prius certior fieret, plures scripssent,
 hinc aliam adhuc epistolam die vigesi-
 ma tertia Septembris transmisit, hunc
 in modum: „Perlectis articulis de re-
 „formatione Principum, ac perpen-
 „satione injuria, quæ inde in avita Regni jura,
 „atque Ecclesiæ Gallicanæ libertates
 „redundaret, si id in generali Conci-
 „lio decideretur, me huic decreto op-
 „ponere statui, prout a Regia sua Ma-
 „jestate, atque ab ipsa Eminentia ve-
 „stra, priusquam Tridento discederet,
 „jussus